, cum
re, & Corpus
ns, cum
Evang.
In Festo Epiph.
com.
sequ.
com.
27 Sabb

[redacted]

10 // 15 c. // 15 –
10

50
50

Eingenommen
und nicht fort-
gehalten

DOCTOR ABSOLUTUS,
POST FELICITER TRANSACTUM VIATORUM CURSUM,
Ad S. Theologiam Comprehensorũ in Patriã

PROMOTUS.

Perillustris olim Clarissimus & Admodùm Reverendus Dominus,

M. JOANNES BALICKI,

S. The: Doctor & Professor, Collega Major, Ecclesiarum Collegiatarum, S. FLORIANI Reg: Pol: PATRONI ad Crac: Clepardiæ CUSTOS, Parochialis Prossovicensis PRÆPOSITUS, CANCELLARIUS Siradiensis, &c. Contubernji Staringelliani PROVISOR.

& dum Ei

Justa Parentalia,

In Ecclesia Collegiata DIVÆ ANNÆ Cracoviæ, à Mæstissimis Ordinibus Academicis, summo cum dolore Vniversorum persolverentur,

PER

M. GEORGIUM GREGORIUM KOSTOWSKI, AA. LL. & Philosophiæ Doctorem, Collegam Minorem, in Classibus Novodvorscianis Dialectices Professorem; Privilegiatum S. R. MAIESTATIS Mathematicum, Ejusdemq; Contubernji Staringeliani SENIOREM.

Lugubri Stylo
RENUNTIATUS.

ANNO DOMINI 1714 Die 28. Februarji.

CRACOVIÆ, Typis UNIVERSITATIS.

DOCTOR ABSOLVTVS,

Ad Cælestem Comprehensorum Theologiam in Patriam

PROMOTUS

ESse Deum nemo dubitat; insipientes si exceperis.
Quid sit?
Mors fida Magistra docet.
Concurrite Doctores, disputate Theologi.
Nisi lumine Fidei in Via, & Gloriæ in Patria illustretur;
Obscura hæc Quæstio;
Quæ tum elucescit maximè,
dum mortalitatis superinducitur siparium.
DEVM clarè, ut est in se, nemo vidit;
nisi clausis in mortem oculis.
Nullus Theologorum adæquatè definivit;
nisi in infinita, Beataq; constitutus æternitate.
Nemo ejus sufficientius enumeravit Attributa;
nisi post feliciter emensum temporalis vitæ cursum.
Essentiam ejus nemo totaliter indagavit;
nisi is, qui à non esse temporalis vitæ, ad esse æternum transmigravit.
Sacra hæc Theologia, tota æternitate volvenda, & revolvenda;
Nullibi exactiùs, nullibi sufficientiùs, nullibi fideliùs traditur,
quàm ad apertum Sepulchrale Ostium.
Ubi tractatus Viatorum clauditur;
Liber vitæ Comprehensorum reseratur:
In quo Notitia DEI Prima & Immobilis,
qua DEUS cognoscit in particulari
eos, quos in vitam æternam servat, èxplicatur.
Si quis ista nuuc desiderat scire, oportet credere.
Et recordetur novissima, ut in Patria omnia noscat.

Ad

Ad hanc sacram & Cælestem Comprehensorum Theologiam,
post feliciter emensum Viatorum Cursum,
PROMOTUS EST
Perillustris olim Clarissimus & Admodum Reverendus Dñus,
M. IOANNES BALICKI
S. Theologiæ Doctor & Professor, Collega Major Ecclesiarum Collegitarum S. FLORIANI Custos, Cancellarius Siradiensis, Præpositus Prossoviensis, Contubernii Staringeliani Provisor.
Hic vixit semper ad Lauream;
quam, ne marcesceret unquam, sudoribus irrigavit.
Virentem adhuc ætatem suam Cracijs consecraverat Musis:
Sub signo Palladis strennus sinè Sangvine Victor.
Duplici, eaq; erudita, qvia utraq; Philosophicâ redimitus Laureâ,
plusquam Cæsaris fortunam;
quia Cara Polonæ Nobilitatis Pignora,
Velut ad fortunatas Insulas, ad summum Eruditionis culmen,
Novoduorscianis provexit Classibus.
In Posnaniensi Academica Colonia Cursû Philosophicû consumavit,
ut Coronam Eruditionis haberet.
Habuit, in doctis certaminibus Victor:
Cui etiam Lubransciana Pinus in arcum, cessit triumphalem.
Porro si Baptista Cognominis erat,
Caput nunqvam amisit.
Si Discipulum, quem diligebat IESVS, *Tutelarem habuit,*
Gloriose & fideliter Doctorē ubiq; & Professorē egit.
Si Chrysostomi Clientelæ sese commiserat;
Aurea, verius quàm ab ore Gallicani Herculis, concatenata Philosophorum promebat oracula.
Redux Purpureas Celsissimæ SZEMBECIANÆ Domûs Rosas,
Gemmeo Minervæ irrigavit imbre,
Æternum vernaturas.
Splendidissimis Magnorum WODZICCIORUM Astris,
Vsq; ad summum eruditionis meridiem,
Phosphorum & Prodromum egit.
Hinc
Ex utraq; Collegii Minoris, Majorisq; Domo,
A 2 De-

Decanali murice trabeatus:
In scientificis Academiæ umbris Clarissimus extitit Stagirites;
Iterum Philosophici Cursus Stadium percurrens,
Non in pedibus, sed in Capite Atalantam gessit,
Nullius Hippomenis Sophistico malo decipiendam.
Vt tandē Altissima Sacræ Theologiæ Mysteria profūdiùs Scrutaretur,
Sacer Mystes Regali Sacerdotio potitus est:
Vt ex pectore Æternæ Veritatis Divina exsugeret arcana,
Theologus factus JOANNES,
Divinissimi Patriarchæ sui JOANNIS CANTIJ.
Verus Cliens, Cultor, Assecla, & Imitator.
Alios erudiverat ad justitiam;
Vt ipse fulgeret, sicut stellæ in perpetuas Æternitates.
Cursum Theologicum, simul cum vitæ Cursu consumavit:
Idcircò Doctorali Laureæ apposita est Corona justitiæ.
Sacramentorum munitus panopliâ,
Die, Apostolo, super quem sors ceciderat, Sacro,
Sortes suas in manus DEI *collocavit:*
Et cum Christo in Ecclesia Transfigurato,
In Montem Cælestis Thabor ascendit.
Mortem non timuit:
Quam Sapientes nunquam inviti,
Fortes etiam libenter oppetunt,
Mors enim à Dijs Immortalibus non est supplicij Causa constituta;
Sed aut necessitas naturæ, aut laborum & miseriarum quies est.
A Te Suffragia petit,
Magnifice Perillustris, & Reverendissime Domine,
D. M. MARTINE
WĘGRZYNOWICZ,
S. Theologiæ & J. V. Doctor & Professor,
PROTONOTARIE Apostolice, Eccllesiarum Cathedra-
lis Cracovien: CANONICE, Collegiatarum Kielcensis
Cu-

CVSTOS, Pilecenſis ARCHIDIACONE, in Tczyca CVRATE, S. R. M. SECR: Studij Almæ Vniverſitatis Cracovienſis GENERALIS & VIGILANTISSIME

RECTOR.

A Te

primò in cælum promoveri deſiderat,

QVI

Magni Nominis Tui & Honoris, in Terra, Uſq; ad Aras Devotiſſimus Cultor & Promotor erat.

Tu quoq;

Perilluſtris Clariſsime & Admodùm Reverende Domine,

D. M. ANDREA AUGUSTINE

CZYZYCZKOWICZ,

Sacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor, ejuſdemq; Facultatis DECANE, Eccleſiarum Collegiatarum S. FLORIANI PRÆPOSITE, Neo-Sandecenſis PRIMICERIE &c. Almæ Vniverſitatis Cracovienſis

Senior Pater,

Cæleſti huic Candidato, Sacrorum Votorum adde candidum calculum, Cui nuper eruditam Doctoratûs Theologici Lauream, Ritu ſolenni tradideras.

Tu Sacer Ternio

Perilluſtris & Reverendiſſime Domine,

Perilluſtres, Clariſsimi & Admodùm Reverendi Domini,

Sacræ Theologiæ Doctores & Profeſſores, Collegæ Majores,

D. M. BASILI PLASZCZEWSKI,

B Eccle-

Ecclesiæ Cathedralis Cracov: Canonice,
Collegiatæ SS. Omnium Præposite, Niesiechovicensis Curate, Contubernii Sisigiani Provisor,
Collegii Maioris SENIOR PATER &c.

D. M. MARTINE OSLINSKI,

Ecclesiarum Collegiatarum Sanctæ ANNÆ Cracoviæ Decane, Parochialis in Antiqua Korczyn Curate, Collegij Novodvorsciani, & Contubernij Hierosolymitani PROVISOR &c.

D. M. MATHIA BROCKI,

Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI Decane, Scholastice Curelovienfis, Cancellariè Posnaniensis, Contubernij Geloniani PROVISOR &c.

Vestri gremialis nuper Compromoti Doctoris,
Qui Vobis & Laureâ & Animo intimè unitus erat;
nunc Cælestis Licentiati lugubres adornate Vesperias,

sera post fata,

ad eandem Cælestem Theologiam promovendi.

Vos tandem

Perillustres, Clarissimi, & Admodùm Reverendi Domini,

D. M. ADALBERTE WOLSKI,

S. Theologiæ Professor, Collega Major,
Ad Sanctum FLORIANVM Canonice, &c.

D.M. SIMON JOSEPHE WROBLINSKi

Philosophiæ Doctor, Collega Major,
Ordinarie Astrologiæ Professor, ad Ecclesiam SANCTÆ ANNÆ Canonice.

Ultimæ voluntatis ejus fidelissimi Executores,

Condignè nunquam deplorando Doctori,
Beatam in Cælis capessenti Lauream,
Lugubre in Terris pro Exedra, erigite Mausoleum.
Manes ejus Divinis commẽdate manibus;
Cujus Cordi unicum delitium fuistis.

Mæ-

Mæstissimæ Academicæ Musæ lugetis Doctorem,
quem nemo siccis meminit oculis.
Funditis omnes lachrymarum imbres;
Quibus ille serenum cum animo exhibebat vultum
Sed date iam modum dolori.
Pervenit JOANNES quo omnes tēdimus.
Imo cum Cælesti Laureâ redimitus;
Ex Libro Vitæ
Tractatum de Visione DEI
In æternum cum Sanctis continuaturus,
Insuper plaudite.



Lect. 1, Noct. de
fer. *Duæ Miss.* C.
com. præc. & fer.

M A J U S.

17 Sabb: Monicæ Vid. &c. Vesp. de sequ. com.
Domin. & præced.

18 Domin. 5. post Pasch. Erici Reg Mart. dupl.
9. lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp.
Cap. de sequ. com. præc. item Domin. &
S. ent. Virg.

J U N I U S.

19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com.
sequ. & S. Silverij P. M.

20 vj. Æschili Ep. Mart. dupl. (*fuit 12. huius*)
9. lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com.
sequ.

21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (*fuit 16. Maÿ*)
℣. *in hym mut.* CA. Vesp. *ut in ordinar.*

22 Domin: 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Domin. & sequ.

23 ij. *Extra Crac. Vigilia,* Venantij Mart. semid.
(*fuit 18. Maÿ*) 9. lect. & com. Vigil. *Duæ Miss.*
CR. & Viol. Vesp. de sequ. *sine comm.*

J U L I U S.

6 Domin. 5. in. 5. post Pent. Octava SS. Apost. In
Vesp. com. com. Dom. & sequ.

7 ij. *Crac.* Vena. Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maÿ*)
CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. præc. *Extra*
Crac. Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid. (*fuit*
25. Maÿ.) CA. CA. Vesp. *ut supra.*
iv. *Crac.* Mariæ Magd. Magd. de Paz. Virg. semid.
25. Maÿ.) CA. Vesp. à Cap.